

ADDITIONES, Ad Quæst. X.

QVÆST. X.

Alius est modus.) Ad de, an desistens a querela, vel querelę renuncians iterum ad querelam admittatur, Bart. in l. si maritus, la. 2. §. si negauerint, n. 4. ff. ad leg. Jul. de adult. Bald. in l. accusationem, C. de his, qui accns. non poss. vbi plenę. Et quid si aliquis interrogatus dicat, Titium nihil iniurię sibi fecisse, an poterit, suam confessionem retractando, de aliqua iniurię ipsius Titium accusare, siue querelare, vide Luc. de Pen. in l. n. 47. vers. 7. Ex hoc sequitur, vbi videtur tenere, quod sic. C. de fert. libro 2.

Item adde, quod querela differt a querimonia, & a lamentatione, vt per Afflic. in consil. pessimam, nu. 7. fol. 70.

Item adde, quod scheda, quę datur in occulto, non debet mouere iudicem ad inquirendum: sed ille contra quem porrigitur, si instat, vt procedatur, debet audiri, secundum l. diffamari, C. de in genu. & manumiss. & in l. 1. C. de famof. libell. Fely. in c. inquisitionis, num. 12. de accusation. Baiar. b Sed in casibus in quibus.) Adde quod iudex, data querela, poterit procedere ex officio, etiam quod querelans desistere, per tex. in l. constante matrimonio, in fi. ff. de adulter. Afflic. in consil. legum asperitate, nu. 12. Gram. decis. 31. nu. 3. cum seq. & hoc procedit in quacunque parte iudicij, etiam quod desistat, appellatione pendente, vel accusatore mortuo, ut per Caranuit. in ritu nu. 2. Baiar. c Subministrat testes.) Adde ad subministrationem testium, & indiciorum in fi. q. 11. uerf. sed quid e conuerso, q. 57. uerf. sed hæc quid e, q. 31. uerf. ulterius quero, & q. 48. in princ. Drogh. d Quæro nunquid instigator.) Et quando procedatur per inquisitionem, si adit instigator, vide Bald. in consil. 226.

Alius est modus, per quem iudici aperitur via ad inquirendum, scilicet querela partis offensę. Et licet isti duo modi procedendi, scilicet ad querelam, & ex officio, videantur non modo diuersi, sed etiã quodam modo incompatibiles, tamen consuetudo admittit, quod super querela partis iudex statim incipiat inquirere, scilicet informationes ex officio assumere, vt dixi supra q. 1. vers. hinc infertur.

Scias autem quod hæc querela multum differt ab accusatione: nam in accusatione, de iure requiritur solemnitas, & inscriptio, vt dixi infra, q. 12. vers. dixi quod: sed modus ille procedendi per viam solemnis accusationis, abijt prorsus in desuetudinem, & loco accusationis successit hic modus querelandi. Et id eod hodie per totam Italiam obseruatur, quod libellus non datur, sed simpliciter fit quedam scriptura, quę datur loco libelli, & debet talis scriptura continere nomen accusatoris, & accusati, & iudicis, & criminis commissi, & quo loco, anno, & mense commissum fuerit: nec non & diem dati ipsius libelli. Et si hæc deficiant, non procedit talis scriptura, quę hodie datur loco libelli, vt dicit Gand. de malefic. in rubr. qualiter fiat accusatio, num. 6. quem refert Aug. ad Aug. de malef. in verbo, Et ad querelam, num. 3. & Boss. in tit. de accus. num. 2. & Caranuit. super ritu 20. magnę Curie, num. 4. & super ritu 202. nu. 6. & Pract. Contradi. f. 225. num. 5. Dum tamen ipse Boss. postea subdit, nu. 6. quod vsus non admittit tales querelas pro accusationibus: tu dic id verum esse, si sumatur accusatio in forma solemnitate, prout de iure requiritur: sed certę hodiernis temporibus vtrique dici potest huiusmodi querelas subrogatas esse loco accusationis. Et quantum, vt ipse dicit, non disputetur super istis querelis, an habeant requisita, vel ne;

hoc procedit ex eo, quia talia requisita in parte, sunt a consuetudine sublata, vt apparebit infra in discursu materiae accusationis, & præsertim q. 18. per totam, & etiam quia hodie inquisitio concurret in omnibus ferę processibus cum ipsa querela, siue accusatione, vt dixi supra in d. vers. hinc infertur: & sic iudex ex officio supplet quoscunque defectus. Sed in casibus, in quibus ex forma statuti, vel consuetudinis iudex non potest procedere, nisi ad querelam partis, proculdubio ea, quę possent de iure opponi contra accusatorem, & accusationem, possent opponi, contra querelantem, & querelam: & ita multoties vidi in facto obseruari. Plus dico, quod si non esset aperta via iudici ad inquirendum, aliter quã per querelam, puta, quã nõ præcederet denunciatio, neq. diffamatio, neq. aliquid aliud ex ijs, quę aperiunt viam inquisitioni, nõ deberet iudex procedere super huiusmodi querela, nisi haberet legitima requisita, iuxta ea, quę dicit Gand. in loco præ allegato, licet contrarium plerumq. obseruetur de consuetudine, secundum quã iudices valde præpti sunt ad procedendum, neque multum super istis subtilitatibus subsistunt.

Aliquid etiam hoc loco dicendũ esset de promotore, seu instigatore inquisitionis, super quo ego pauca tantummodò attingam, ne aliquid prorsus omisum fuisse videatur: cetera reperire poteris in locis ordinarijs.

Scias igitur, quod tria sunt genera eorum, qui instigatores, seu promotores, inquisit. appellatur. Aliqui enim id faciunt ex necessitate, vel saltim ex debito eorũ officij, prout sunt aduocati, & procuratores, seu syndici fiscales, ad quos maximè pertinet instare assidue, vt iudices contra delinquentes inquirent. Aliqui verò id faciunt ex præcepto, siue deputatione iudicũ, qui solent deputare aliquẽ coadiutorẽ, qui loco partis, seu fiscalis assistat inquisitioni: nõ in quocunq. casu, in quo iudex potest ex officio procedere, potest etiã creare, & constituere fiscalem, qui accuset. Et ita practicitur, teste Ant. Gomez. c. 1. delictorum, nu. 10. in l. ampliat. intellige, qui accuset, nõ vt aperiatur hoc modo viam inquisitioni, sed vt postquam illi est aperta via ad inquirendum, assistat ipsi inquisitioni, prout faceret accusator, & hoc quando non adest aduocatus, seu procurator fiscalis ordinarius: tunc enim non solet aliquis alius deputari. Possent etiam aliqui id faciunt sponte: quia comparent in iudicio, & subministrant testes, & indicia contra reos inquisitos.

Quæro, a nõ quid instigator sit citandus in causa inquisitionis. Resp. de aduocato, seu syndico fiscali nulli dubium est, quin sit citandus: nam in quocunq. iudicio, in quo potest ex officio procedi, fiscus est loco partis. Idemque dicendum est in eo, qui sit a iudice deputatus: nam & ille succedit in loco fiscalis, & de eo idem iudicandum est in illa causa, quod de fiscali. Si verò loquimur de instigatore, seu promotore voluntario, tunc dicit Boss. in tit. de inquisitione, num. 26. quod si talis instigator prius querelauit, & ad eius querelam iudex inquisiuit, tenet locum partis: & id eod est citandus. Et subdit, quod ita concludunt Doctores, & quod ita seruatur. Et cum eo esse lit contestanda,

voluit, Sed an instigator, & consiliorum torqueti possit, remissiuę, vide per Carter. pract. crim. ante num. 181. Giach. Quæro nunquid instigator.) Nota, quod querela diu post delictũ commissum porrecta præsumitur calumniosa, Farin. q. 46. nu. 103. Adde, per solã querelam, instigationem, & sollicitationem non intelligi querelantem facere partem in iudicio: sed oportet declarari, & id eod sollet peti, ut mandetur querelanti, quod declarat, si intendit facere partẽ iudicis, ad quod tenetur iudex secundum Forrer. in pract. crim.

crim. in verb. Audiantur exceptiones, nu. 2. & an inuestigatur quandoque procedatur per inquisitionem, sit citandus Baldus consilio 226. vol. 1. & an instigator torqueti possit, Brunus in tractat. de indic. in 6. q. princ. 13. not. 9. Occurrit locus tractandi de querelante ad eius propositum etiam multa diximus supra q. 7. n. 7. Sciendum est ergo, quod querelans aliquem de vulnere, aut offensione dicitur testis in causa propria, & ei non creditur, quia ex tali querela facit se mimicum querelanti, Farinac. q. 46. numero 12. eique minime contra accusatum, seu querelatum creditur ibi, numero 93. cum seq. nec ipsius inculpatio facit indicium ad inquirendum, nec ad capturam sufficit, numero 67. & quamuis vt testis fuerit examinatus, non tamen ei creditur, numero 98. quoniam & si ipsius dictum fuerit confirmatum in tortura, non probat, quemadmodum nec dictum accusatoris, numero 64. nec illorum est acceptanda oblatio, si dicat velle etiam stare cum reo in tortura, numero 101. Parentque fide, etiam si Princeps esset, num. 142. Baiard. e Et vbi succumbat.) Condemnatur in expensis secũdum Farin. tit. de accus. q. 16. nu. 14. Ros. f Dolose, & calumniosè. [Boer. decis. 324. lib. 1. Farin. d. q. 16. num. 14. & 24. Ros. Dolose, & calumniosè.] Adde, quod nõ solum procurator, vel aduocatus fiscali debet ob talem vexationem condemnari in expensis, & eas soluere de proprio, sed etiam maxima pena veniret plectendus, vt dicitur: Imperator in l. vniuersi, C. vbi caus. fiscal. vbi eos vitios concrema. riuulit, & ita tenet Grammat. decis. 60. numero 21. sed prædicta non seruatur in practica, & si quis ageret ad dictas penas, derideretur, vel forsitan puniretur. Et hoc etiam tenuit Boer. in decis. 324. in princ. scilicet, quod si fiscus esset in euidenti calumnia in expensis veniret condemnandus. Dicit ta-

prout etiam cum accusatore, secundum Gl. in c. cum 1. & A. in verbo, licet non contestata, de re iud. quam dicit ab omnibus approbatã Card. Alex. in cap. de accusatione, col. 37. in princ. 2. q. 8. Quod tamen intellige secũdum ea, quę de litis contestatione dixi infra q. 45. circa princ. Ego autem dico, quod si querelauit, tunc non est citandus tanquam instigator, seu promotor inquisitionis, sed tanquam accusator, quia (ut dixi supra) tales querelę succedunt loco accusationum. Sed quando quis non querelat, sed tantum instigat, seu promouet inquisitionem, non est de necessitate citandus, nisi comparere, et petat in actis citari: nam eo casu, licet prius non querelauit, habetur loco partis, & citatur. Et vbi succumbat, condemnatur et in expensis, vt accusator: prout in facti contingentia condemnatos fuisse quosdam instigatores refert Papo li. 24. tit. 1. arreso 2. Et ita seruatur communis practica.

Sed nunquid aduocatus, vel procurator fiscalis, qui instigant inquisitionem, & faciunt procedi contra alium, tenebuntur ad expensas, si repertum fuerit, illum non esse culpabilem? R. spon. de iure forte posset dici, quod sic: sed de consuetudine apud nos contrariũ seruatur, prout

men Anton. Colomb. in tractatu de modo proced. in contro. uerf. crimin. artic. 138. quod fiscus nullas dat, nec excipit expensas allegando text. in l. fin. C. de fruct. & lit. expens. quem refert, & sequitur Peregr. de iure fiscal. lib. 7. tit. 4. sentent. aduersus fiscum in fine. Baiard. g Et dicitur semper.] Adde, quod ratio est, quia fiscus vbiq. est præfens, Glof. in l. 1. in princ. C. de quadrienn. præscript. licet secundum Saic. in l. generaliter, §. 6. quæst. in fin. C. de non num. pecu. & Marcabr. in contil. 28. in m. 528. Fisco non proficit confessio, si procurator fiscalis est abiens, sed Calder. in consil. 16. de test. contrarium tenet, & ita seruatur. Baiard. h Debet tamen prius aperta esse via.] Inoleuit tamen practica, & quidẽ mala, vt cum pars aliqua vult querelare, faciat, vt fiscus primo denũciat sibi deuenisse ad aures tale maleficiũ: deinde examinat testem, qui aliquando deberet esse ille, qui querelaret, id eod sic examinatus incurrit falsi pernam si diluciderit, ex mente Bald. in l. & si legibus, num. 2. ad fin. C. si cont. ius, vel vtil. public. quem refert Boss. tit. de accus. sub nu. 17. Contrarium tamẽ, quod iudex, qui potest ex officio procedere, potest constituere fiscalem accusatorem, & quod ita vtatur, dixit Ant. Gomez. delict. cap. 1. sub nu. 10. dixi infra. ad quæst. 26. vers. sed pone. Sed tamẽ sic proceditur fortasse ex defectu probationum: est ergo talis modus prohibitus, vt hic, supra q. 3. vers. sed certę, argumento eorum, quę dixi supra q. 3. vers. habes igitur, ibi, & id eod super eius denunciatione, & vide Alex. in consil. 3. nu. 11. cum seq. vol. 6. de quo dixi supra. ad d. q. 7. vers. habes igitur, sed qua ratione, & cur reperti sint fiscales, vt de apud Marant. in suo Spe. part. 6. tit. & peruenitur aliquando per viam inquisitionis, nu. 104. Drogh. i Indebitis impensis.] De quo sup. q. 5. vers. scias etiã. Ros.

QVÆST. XI.

Quomodo procedatur via inquisitionis.

S V M M A R I A. Ex Claro.

- 1 Inquisitio an fiat contra absentem.
- 2 Et an sit citandus ille, contra quem assumuntur indicia.
- 3 Et an pars offensę, vers. Sed quid e conuerso.
- 4 Iudex an debeat interrogare reum super ijs, de quibus contra eum intendit inquirere.

Iulij Clari Sent. Pract. Crim.

5 Et an ante inquisitionem danda sit reo copia indiciorum.

Ex Additionibus.

- 1 Confessus absque denunciatione, vel inquisitione, aut accusatione condemnari an possit.
- 2 Inquisitio fieri non potest ad priuatorum commodum.
- 3 Procurator fiscalis procedit per inquisitionem contra tenentes bona Principis.
- 4 Testis depositio etiam in tortura, absque citatione, non nocet parti.
- 5 Testes sufficit haberi per reum pro legitime examinatis.

T 2 ADDI.

